



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Das Leben Der Ehrwürdigen Dienerin Gottes der Mutter Mariæ Victoria Stiffterin deß Ordens deren Annuntiaten Cœlestinen**

**Spinola, Fabio Ambrogio**

**Lintz, 1681**

Auctoris Protestatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41533**

# AUCTORIS PROTESTATIO.

**A**dverte, Lector, in Vita Venerabilis Ser-  
 uae Dei Mariae Victoriae, quam hic habes, non nulla con-  
 tineri, quae Sanctitatem ipsi videntur adscribere: ali-  
 qua etiam, quae cum vires humanas superent, mira-  
 cula videri possunt Praesagia futurorum, Arcano-  
 rum manifestationes, revelationes, & si quae sunt alia  
 hujusmodi: beneficia item in miseros mortales ejus intercessione di-  
 vinitus concessa cum aliqua Sanctimoniae significatione. Verum haec  
 omnia ita tibi propono, ut nolim à te accipi tamquam ab Apostolica Sede  
 examinata, atque approbata. sed tamquam quae à solâ suorum Aucto-  
 rum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter, quam humanam histo-  
 riam. Proinde Apostolicum S. Congregationis S. R. E. universalis in-  
 quisitionis Decretum Anno 1625. editum & Anno 1634. confirma-  
 tum, integrè, atque inviolatè juxta declarationem ejusdem Decreti à  
 fel. record. Urbano Papa VIII. Anno 1631. factum, servari à me om-  
 nes intelligant. Nec velle me cultum, vel venerationem aliquam  
 per has meas narrationes illis arrogare, aut opinionem Sanctitatis in-  
 ducere, seu augere, vel quicquam ejus existimationi adjungere, nequè  
 vllum gradum facere ad futuram illius aliquando beatificationem, aut  
 Canonizationem, aut miraculi comprobationem; sed omnia in eo statu  
 à me relinqui, quem seclusâ hâc meâ lucubratione obtinerent: non obsta-  
 te quocunque longissimi temporis cursu. Hoc tam sanctè profiteor, quàm  
 decet eum, qui S. Sedis Apostolicae obedientissimus haberi filius cupit, &  
 ab ea in omni sua actione, & scriptione dirigi.

Fabius Ambrosius Spinola  
 Soc. JESU.

*Idem protestatur de Versione suâ vitæ interpret.*